

kirkio, helso *met warum* Herra. For then skuldh ath war sytzlinge Anders Ionsson saldhe hedherlikom herra *met* Gudhi alzwaldugan herra Heminghe, *met* Gudz nadh *biscope* j Abo kirkio, jordh j Mædlaby widher Stockholm j Solne sokn, huilken war byrdh ær, vthan wara withu ok spordagh ok vthan vpbudh a trim thingom, som lanzlagh til siægia, kallas looth han os til sin then sami forsagde herra *biscop* Heminger a sancta *Laurencii* dagh i *Vpsalum* ok wildhe *thet* haffwa aff os *met* bœn, ad wi skuldom warn goduilia til *thet* kop giffua, ath *thet* kop motte fast ok stadukth a wara vegna wara, swa ath wi *thet* hindradhum huarte¹⁾ *met* til budh a tingom eller ok nokrom thom sakom^a, som mooth waro thy^b samu kope; hwliks boon^c iak sætte ok iakalladhun ok stadhfestum *met* thenno breffue, swa ath ængen aff os ællæs^d aff wara^e wegna haffwi thæs waldh^f *thetta* sama godz framledh hindra eller quælia. Ath *thet* ær fastare ok vissare, tha sathum^g wi war^h incigle for *thetta* breff. Datum anno mccc^o quintoⁱ die beatorum Ypoliti et sociorum eius martirum^j.

Öfverskrift: De prediis in Medelby.

5145.

1355 Aug. 14.

Arnö.

Ärkebiskop Petrus' i Uppsala intyg rörande riddaren Nils Åbjörnssons donation af en prebenda till Linköpings domkyrka.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vniuersis presentes litteras inspecturis vel auditoris Petrus, miseracione diuina archiepiscopus Vpsalensis, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus per presentes tam posteris quam modernis, quorum interest aut quomodolibet interesse poterit in futurum, quod constitutus in presencia nostra olim, dum presedimus ecclesie Lincopensi, ac spiritu sancto inductus nobilis miles dominus Nicholaus Aberni donauit, legauit ac legitime resignauit ex consensu et beneplacito tam consortis sue dilecte domine Benedicte et liberorum suorum omnium quam nobilis militis domini Vlphonis Aberni fratris sui carissimi et aliorum suorum cognatorum quedam bona seu predia sua personalia, quorum quedam successione hereditaria post eius progenitores, quedam vero eorundem de nobili matrona quadam Katerina, relicta condam Suenonis de Auatomptum, ac eorum liberis empcionis et commutationis prediorum tytulo, prout per litteras super hoc formatas sub eorum veris sigillis patebit liquido, ad ipsum dominum Nicholaum fuerant legitime deuoluta, pro fundanda de nouo quadam prebenda in ecclesia Lincopensi pro sue ac suorum refrigerio animarum, sicut in litteris suis patentibus exinde confectis tamque suo quam consortis eius ac fratris suorum predictorum veris sigillis consignatis clarius edocetur, quarum

1) Varianter i Skokl. Cod. Ab. fol. 163, där till följd af saknaden af fol. 159—162, endast senare delen af detta bref ingår, begynnande med orden: hwart *met* till budh at tinghom: ^a eller aa nogghrom til sakom ^b *thet* ^c huilkss bøn iach sætthe och och(!) iach kalladhun ^d eller ^e wora ^f woldh ^g sæthom ^h wora ⁱ mccciv ^j Ypoliti martiris sociorumque eius.

tenor sub forma sequitur in hec verba: Omnibus presentes litteras inspecturis Nicholau Abiornason etc. *Se SD 3970.* Nos siquidem instanciis deuotis tam domini Nicholai Aberni ac ipsius propinquorum quam Katerine de Auatomptom ac eius liberorum predictorum specialiter inclinati bona omnia et singula prenotata de manu prefati domini Nicholai per se, a se et suis et Katerine predicte heredibus sub modo et forma in eisdem suis litteris pretactis legitime alienata ac libero dominio et possessioni perpetue ipsius ecclesie Lincopensis in manus nostras tradita et assignata nomine eiusdem ecclesie acceptauimus, premissis omnibus et eorum singulis auctoritate nostra ordinaria, qua protunc in ecclesia et diocesi Lincopensiungebamur, rite confirmatis, altare intra cappellam, pro eadem prebenda in ipsa ecclesia Lincopensi deputatam, extractum ac per dominum Nicholaum et Katerinam prefatos ornatu decenti quoad libros, calices, indumenta sacerdotalia, altaris ornamenta, sollempniter dotatum in honorem Dei et beati Andree apostoli celebriter consecrantes, virum honorabilem dominum Olawm Brodheri ac post eum dominum Ragwaldum de Mogatu bone memorie, post ipsum vero dominum Nicholaum de Atwidh nunc in eadem seruientem prebenda de eadem per anulum nostrum presencialiter inuestiuimus, cuilibet ipsorum post alterum ipsam cum omnibus et singulis iuribus, obuencionibus et pertinenciis suis ordinaria qua prius auctoritate canonice conferentes, qui eciam omnes et singuli de domini Nicholai Aberni ac Katerine prenotatorum presentacione sepedicte prebende possessione mera gauisi fuerant et gaudet pacifice et quiete. Ceterum iustum decernentes et meritum, vt operibus tam piis respondere debeat pius fauor, statuimus et ordinauimus, vt singuli prebendatorum ipsorum, qui in eadem prebenda instituti fuerant aut in presenciarum est (!) vel temporibus successiuis instituendi fuerint in eadem, die lune vnam missam pro defunctis fidelibus, die vero sabbati vnam missam de gloriosa virgine, Dei genitrice, domina nostra, singulis septimanis teneantur perpetuo celebrare. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum maius presentibus duximus apponendum. Datum apud manerium nostrum Arnø anno Domini millesimo cc^ocl quinto xiiii die mensis Augusti.

Sigill (biskopen på sin tron) skadadt i kanterna:RACIA ARC.....

5146.

1355 Aug. 15.

Johannes Petri, kanik i Lund, och Absalon Petersson i Gräflunda befullmäktiga Ingemar att lagligen öfverlåta deras gård i Steninge till Johannes Pik.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Petri canonicus Lundensis et Absolon Pæthersson de Grelundæ fratres salutem in Domino. Nouerint vniuersi, quod nos insolidum presencium exhibitori Ingemaro plenam conferimus potestatem, vt Johanni dicto Piik curiam, quam in Steningæ possidemus, ex parte nostra in perpetuam scotet possessionem et in sinum publice resignet per presentes. In